

## Band VIII., Nr. 3049, Seite 275-276

*Schenk Konrad der Ältere von Winterstetten verpfändet dem Kloster Weingarten die Vogtei über dessen Güter in Seibranz und Leute in Eratsperch und Nentnitwilar.*

Waldsee, 1281. Mai 13.

Rerum gestarum viget memoria, si testium vel scripti observatur notitia. Eapropter ego Conradus miles pincerna senior de Wintersteten duxi ad notitiam omnium perferendum, quod advocatiam seu ius advocaticum super Sibrandesberg sive ad homines Herahtesperg Nentnitwilar<sup>1</sup> mihi competens proprietate autem monasterio de Wingarten pertinentia venerabili viro ipsius loci abbati eiusque conventui pro quadraginta marcis probati argenti ponderis de Ravenspurg obligans, quod mihi recognosco fideliter appensum et in preclusionem gravium dampnorum esse conversum, pro cuius argenti mutatione tam dicta bona quam ipsi homines, quibuscunque locis sint manentes, secunda commoditate gaudebunt omni occasione, sive fuerint in iure sive in consuetudine subiiciendi mee servituti, michi omnimodis preclusa usque ad plenariam memorati solutionem argenti. Quidquid vero dictus abbas seu sui nuntii de prescriptis bonis aut hominibus pretextu dicte obligationis obventibus penis sturis<sup>2</sup> aut aliis iuribus perceperint, non deducendo computabitur in sortem principalem. Renuntians enim presenti scripto omnibus simulationibus et exceptionibus in genere et specie pro me et meis heredibus et hoc instrumentum pluries dictum contuli in mansuram securitatem meo sigillo communitum.

Acta sunt anno Christi MCCLXXXI., in die sancti Gangolfi, in Wälzer,<sup>3</sup> presente Eberhardo milite de Waldsee, Hiltenbrando de Molemp[rechts]husen seniore et iuniore, Berchtoldo et fratre eius dictis Wielandt militibus, Waltero de Husen<sup>4</sup>, Friderico dicto Zúzil, Friderico dicto Heller, Friderico dicto Crumpbain, Henrico de Forst, C. dicto Schade et aliis pluribus.

<sup>1</sup>Auch Nentilwiler, zwischen Bergatreute und Seibranz zu suchen.

<sup>2</sup>In der Vorlage geschrieben: *iuris*.

<sup>3</sup>Verschrieben, etwa für *Walsei*.

<sup>4</sup>Unermittelt, in Oberschwaben?

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 519 Bü 61 (Beschreibung Kolben Gut zu Seibranz), S. 2a

**Überlieferung und Textkritik:**

Mangelhafte Abschrift. Vgl. die Urkunde von 1275 September 16: HStA Stuttgart B 515 U 1684.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Waldsee

**Ortsindex:**

Bad Waldsee Wohnplatz (18837)

Bad Waldsee, RV

Bergatreute Wohnplatz (19268)

Bergatreute, RV

Eratsperch Wüstung (24077)

Eratsperch, Bergatreute, RV, W

Forst Wohnplatz (19274)

Forst, Bergatreute, RV

Husen

Molpertshaus Wohnplatz (20620)

Molpertshaus, Wolfegg, RV

Nentilwiler

Nentnitwilar

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

### III

Seibranz Wohnplatz (19090)

Seibranz, Bad Wurzach, RV

Weingarten Wohnplatz (20565)

Weingarten, RV

Winterstettenstadt : Ingoldingen BC

Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)